

Eleva os olhos à cruz, mãos ao corpo e profundamente inclinado:

MUNDA COR MEUM ac lábia mea, omnipotens Deus, qui lábia Isaíæ Prophétæ cálculo mundásti igníto: ita me tua grata miseratióne dignáre mundáre, ut sanctum Evangélium tuum digne váleam nuntiáre. Per Christum, Dóminum nostrum. Amen.

Omite-se a oração Iube, Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta undi: dona eis réquiem.
Agnus Dei, qui tollis peccáta undi: dona eis réquiem.
Agnus Dei, qui tollis peccáta undi: dona eis réquiem sempitérnam.

DÓMINE JESU CHRISTE, Fili Dei vivi, qui ex voluntáte Patris, cooperánte Spíritu Sancto, per mortem tuam mundum vivificásti: libera me per hoc sacrosánctum Corpus et Sánguinem tuum ab ómnibus iniquitatibus meis, et univérsis malis: et fac me tuis semper inhærére mandátis, et a te numquam separári permíttas: Qui cum eódem Deo Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus in sæcula sæculórum. Amen.


RECEPTIO CÓRPORIS TUI, Dómine Jesu Christe, quod ego indignus súmerè præsumo, non mihi provéniat in júdicium et condemnatióne: sed pro tua pietáte prosit mihi ad tutaméntum mentis et córporis, et ad medélam percipiéndam: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

Inclina-se com as mãos postas sobre o altar:

PLÁCEAT TIBI, sancta Trínitas, obséqium servitútis meæ: et præsta; ut sacrificium, quod óculis tuæ maiestátis indignus óbtuli, tibi sit acceptábile, mihíque et ómnibus, pro quibus illud óbtuli, sit, te miseránte, propitiábilè. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Oscula o altar. E diz virado para o altar:

Requiescat in pace.



QUI PRÍDIE quam paterétur, toma a hóstia nas mãos accépit panem in sanctas ac venerábiles manus suas, eleva os olhos ao céu et elevátis óculis in cælum ad te Deum Patrem suum omnipoténtem, inclina a cabeça tibi grátias agens, bene✠dixit, fregit, dedítque discíplis suis, dicens: Accípite, et manducáte ex hoc omnes.

HOC EST ENIM CORPUS MEUM.

SIMILI MODO pósquam cenátum est, toma o cálice com ambas as mãos accípiens et hunc præclárum cálicem in sanctas ac venerábiles manus suas: ítem inclina a cabeça tibi grátias agens, bene✠dixit, dedítque discíplis suis, dicens: Accípite, et bíbite ex eo omnes.

HIC EST ENIM CALIX SÁNGUINIS MEI, NOVI ET ÆTÉRNI TESTAMÉNTI: MYSTÉRIUM FÍDEI: QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDÉTUR IN REMISSIÓNEM PECCATÓRUM.

Hæc quotiescúmque fecéritis, in mei memóriam faciétis.

A patena à altura do peito, eleva os olhos à cruz e baixa-os à patena:

SÚSCIPE, SANCTE PATER, omnipotens ætérne Deus, hanc Simmaculátam hóstiam, quam ego indignus fámulus tuus óffero tibi Deo meo vivo et vero, pro innumerábilibus peccátis, et offensióibus, et negligétiis meis, et pro ómnibus circumstántibus, sed et pro ómnibus fidélibus cristiánis vivis atque defúctis: ut mihi, et illis proficiat ad salútem in vitam ætérnam. Amen.

O cálice à altura do rosto e olhando para a cruz:

OFFÉRIMUS TIBI, DÓMINE, cálicem salutáris, tuam deprecántes cleméntiam: ut in conspéctu divínæ maiestátis tuæ, pro nostra et totíus mundi salúte, cum odóre suavitátis ascéndat. Amen.

Inclina-se com as mãos postas sobre o altar:

IN SPÍRITU HUMILITÁTIS et in ánimo contríto suscipiámur a te, Dómine: et sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi, Dómine Deus.

Estende, eleva e junta as mãos, elevando os olhos à cruz:

VENI, SANCTIFICÁTOR omnipotens ætérne Deus: et benedic ✠ hoc sacrificium, tuo sancto nómini præparátum.

Eleva os olhos à cruz e inclina-se com as mãos postas sobre o altar:

SÚSCIPE, SANCTA TRÍNITAS, hanc oblatiónem, quam tibi offérimus ob memóriam passiónis, resurrectiόnis, et ascensiόnis Iesu Christi, Dómini nostri: et in honórem beátæ Mariæ semper Vírginis, et beáti Ioannis Baptistæ, et sanctórum Apostolórum Petri et Pauli, et istórum et ómnium Sanctórum: ut illis proficiat ad honórem, nobis autem ad salútem: et illi pro nobis intercédere dignéntur in cælis, quorum memóriam ágimus in terris. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. Amen.

Oscula o altar e volta-se para o povo, estendendo e fechando as mãos:

Oráte, fratres: ut meum ac vestrum sacrificium acceptábile fiat apud Deum Patrem omnipoténtem.